



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

3. De causa efficiente Matrimonij, quæ est consensus mutuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

statuit. Sanch. d. 18. num. 7. Valent. tom. 4. d. 10. qu. 3. punct. 1.

22
Vt Matrimo-
nium dicatur
indissolubile
debet esse
consumma-
tum.

Igitur ut Matrimonium dicatur indissolubile, debet esse consummatum: & tale censetur quacumque arte semen recipiatur intra vas naturale, siue penetratio valis fiat, siue non. Et hoc verum, quamvis demonis ministerio semper viri in vase debito recipiatur. Quia ea copula sufficiens est generationi, per eamque sponsi vna caro efficiantur. Non vero consummatur per copulam praecedentem. Quia matrimonialis non est, sed fornicaria.

23
Bimestre
conceditur
a iure sponsis
ad delibera-
ndum circa
Religionem in-
gressum.

Porro bimestre à iure praescriptum ante consummationem Matrimonij est sponsis, non ad profutendum in Religione, quam possunt inire, sed ad deliberandum de Religionis ingressu: ad profutendum enim datur integer annus, qui quidem à Iudice coartari nequit, si sine causa virginti. Quia Tridentinum generaliter, & per verba negativa statuens, ne ante annum fiat professio, est generaliter, & in omni casu intelligendum. Illud autem bimestre concessum sponsis ad deliberandum de Religionis ingressu non est ita praescriptum, quin Iudex possit, causa cognita, illud restringere, aut prorogare. Quia licet quando datur terminus à lege absque Iudicis ministerio, nequeat Iudex restringere, vel prorogare, cum non sit supra legem: sed tamen est, ubi datur ministerio Iudicis: ut contingit in Cap. ex publico, ubi non signatur bimestre, sed mandatur Iudici, ut designet: licet Iudex ab eo bimestri facile discedere non debeat, cum iuris sit terminus. Navar. cap. 16. num. 24. Armil. verb. Divortium, n. 5. Sotus in 4. dist. 27. qu. 3. art. 4. Henric. lib. 1. c. 5. n. 8. Rodrig. c. 238. n. 2. Sanch. l. 2. d. 24. num. 12.

24
Transactio
bimestri, po-
test quilibet
coniux Reli-
gionem inire
si Matrimo-
nium non est
consumma-
tum.

Transactio bimestri, potest quilibet coniux Religionem ingredi, si Matrimonium nondum sit consummatum, quamvis plures anni elapsi sint ab initio Matrimonij, quamvis alter nolit, & antea interuenerit iniusta debiti negatio. Quia, in praefato Cap. Ex publico, de conuers. coniug. absolute conceditur facultas ingrediendi Religionem ante consummatum Matrimonium: & duo menses tantum assignantur, ut intra eos nequeant coniuges cogi ad consummandum: & ut eis transactis, possint cogi, vel ad Religionem incundam, vel ad consummandum.

CAPVT III.

De Causa efficiente Matrimonij, quae est consensus mutus.

25
Ad Matrimo-
nium essen-
tiam pertinet
mutuus con-
sensus con-
trahentium.

Necessarius est ad Matrimonium mutus consensus. Quia in Matrimonio est mutua corporum traditio: sed quod est vnius, non traditur alteri, absque proprio consensu. Imò iuxta receptiorem sententiam per nullam potentiam potest Matrimonium constare absque proprio consensu. Quia consensus est de essentia Matrimonij; res autem per nullam potentiam potest absque sua essentia consistere. Quod si vinculum hoc de potentia Dei absoluta consistere nequit absque contrahentium consen-

sui: multo minus humana potestati hoc erit concessum. Poterit quidem Princeps, quando bono communi expedierit, aliquem compellere, ut alicui nubat; ipso tamen inuito, Matrimonium consistere nequit. Sanch. l. 2. d. 26. Filiuc. tract. 10. cap. 3. qu. 1. Victor. de Matrim. num. 7. Henric. lib. 1. cap. 1. num. 3.

Cum carnalis copula non sit de Matrimonij essentia, sed eius effectus, & operatio: perfectio autem essentialis consistat in mutua corporum traditione ad copulam: hinc consensus Matrimonium constituit, non est explicitè in carnalem copulam; sed in ius ac potestatem ad eam: implicitè autem, & virtute ad copulam tendit. D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. art. 1. Suar. 3. p. q. 29. art. 1. sect. 1. Vinald. de Matrim. n. 50. Henric. lib. 1. cap. 15. num. 1.

Propterea Doctores tria bona constituere, quae necessario debent à contrahentibus intendi, ut Matrimonium sine piculo ineat. Primum est bonum Sacramenti, quod inuenitur in Matrimonio, quo coniuges se diligunt, sicut Christus dilexit Ecclesiam, gratiamque recipiant, qua facilius vinculum perpetuum possint tollere. Secundum est, bonum prolis, quae generatur, & educatur ad diuinum obsequium; & licet non semper ea sequatur, saluatur tamen semper in ipso fine intrinseco, ad quem Matrimonium dirigitur. Tertium bonum est fidei, seu fidelitatis, quo coniuges sibi mutuo obligantur ad reddendum debitum, cuique alij corpus negandum. Filiuc. tract. 10. c. 3. q. 3. Bonac. hic, qu. 1. punct. 10. num. 4. Sanch. lib. 2. d. 19. num. 4. Tolet. lib. 7. cap. 2.

Profecto contrahens Matrimonium debet saltem implicitè intendere bonum Sacramenti: quod praestatur, quando non habet contrariam intentionem. Quare si haberet animum etiam corde retentum aduersum bono Sacramenti, intendens non contrahere Matrimonium nisi ad tempus: non esset verum Matrimonium. Non est tamen opus, ut implicitè intendat alia duo Matrimonij bona: imò quamvis haberet intentionem aduersam aliis duobus Matrimonij proximè assignatis bonis corde solo retentam, nec in pactum deducant; Matrimonium valeret. Ratio prioris est, quia de ratione Matrimonij est vinculum esse perpetuum: intendens autem Matrimonium inire dissolubile ad tempus: verè non intendit Matrimonium. Posterioris verò, quia ea intentio nihil attingens ad contractus substantiam auferit; nam posito, quod vellet quis contrahere, obligatur ex vi contractus ad non agendum aliquid contra praedicta bona, non obstante sua intentione. D. Tho. in 4. dist. 31. q. 1. art. 3. Filiuc. tract. 10. c. 3. m. 74. Tabie. v. Matrimonium, 2. q. 3. Sanch. l. 2. d. 19. m. 1. D. Antoni. 3. p. tit. 1. c. 19.

Cum Matrimonium ad copulam ordinatur, & non principaliter ad sobolem, vel ad concupiscentiae remedium, sed ad alios fines indifferentes, Matrimonio tamen extraneos, ut pulchritudinem, diuitias, &c. est peccatum veniale. Quia Matrimonium primario institutum fuit à Deo in naturae officium ad sobolis propagationem; secundario autem in concupiscentiae remedium. Rodrig. tom. 1. c. 240. n. 2. Henric. l. 1. c. 4. n. 2. Caiet. tract. 12. de mat. qu. 3. Valdui. part. 1. de mat. numer. 68. Si tamen fines indifferentes Matrimonio extranei, sunt solum causa

26

Consensus
Matrimo-
nium con-
stitutum non
est explici-
te in car-
nalem co-
pulam, sed
implicitè.

27

Tria Ma-
rimonij bo-
na recen-
sentur.

28

Quidam
bonum Ma-
rimonij
necessario
debet à
contrahen-
tibus inten-
di.

29

Veniale
peccatum
est, Matrimo-
nium ob
copulam
contrahere.

Sect. I. De Matrim. Essentia Recep. Sent. 43

causa secūdaria, & applicationis ad cōtrahendū, nulla erit culpa. Quia nulla est debiti finis inordinatio. Nauar. c. 22. num. 79. Angel. v. Matrimonium 2. n. 25. & 26. Couar. 4. de De-

30 Quando verò Matrimonium non contrahitur ratione copulæ coniugalī, tunc licet contrahitur, scilicet, quamvis non intendatur soboles, nec concupiscentiæ remedium, vt contigit Matrimonio Deipare. Sanchez. l. 2. d. 19. n. 20. At si contrahentes expressa conditione excludant Matrimonij fines, lethaliter peccant. Quia Sacilegium est gratis iniuriæ Sacramentis illarū, expresse excludere finem, ad quem sunt instituta. Henricus. l. 1. cap. 4. num. 2. Tabie. v. Matrimonium 2. quæ. 4. num. 2.

31 Ad Matrimonium celebrandum non sufficit si verbis, aut signis exprimitur. Quia de ratione Sacramenti est, esse signum externum sensibile. Non est tamen necesse, vt consensus exprimitur per verba determinata: sed sufficit si minus & signa sufficienter illum manifestent. Quia nullum est præceptum obligans sub mortali, ad contrahendum verbis Matrimonium. Fateor tamen, aliquod piaculum esse, non exprimere verbis consensum, quando iusta causa non lubet contrahendi sine verbis. Quia non recedendum à communi vsu, & regula certa, & ordinaria absque causa iusta Sanchez. lib. 2. d. 30. & 31. Coninch. d. 24. num. 63. Filluc. tr. 1. o. c. 3. q. 4. Gutier. c. 6. n. 23. Rodríguez. 1. o. c. 216. n. 5.

32 Necesse non est, consensus vtriusque coniugis simul tempore præstari, si scilicet est temporis mora intercedente: modo consensus prioris coniugis nō sit reuocatus. Quia in omni contractu satis est consensus diuerso tempore adhiberi. Exigitur autem moralis simultas: ita vt nō magnum intervallum inter vnus & alterius consensum apponatur. Quia in aliis etiam contractibus per longi temporis lapsum hæc voluntas non manet virtute, sed reuocatur. Sanchez. lib. 2. d. 32. num. 3. Henricus. l. 1. cap. 3. num. 6. Rodríguez. tom. 1. cap. 216. num. 8. Nauar. c. 1. num. 80. Filluc. tr. 10. c. 3. q. 6. Vega lib. 3. sum. c. 75.

33 Quod autem intervallum, inter vtriusque coniugis consensum obstat huius contractus non conveniunt Doctores. Sotus in 4. diff. 27. quæ. 1. art. 3. putat, distantiam septennij obstat. Henriquez l. 1. c. 3. biennij distantiam obstat. Barthol. Ledesma hic dub. 17. existimat, vnius anni interstitium obstat. Ego verò cū Sanchez. l. 1. d. 32. n. 3. opinor, taxationem distantie obstantis remittendam esse prudentis arbitrio, perspectis peculiaribus circumstantiis. Qui aliquando longum tempus censendum est à quolibet fuisse præscriptum, vt quando quis per Epistolam consensit in procul abentem; & aliquando breue, aut brevissimum, vt quando quis consensit in præsentem, à qua citò, vel itatim consensum expectat. Quoties verò quis consensit & non expresse in perpetuum, nec tempus aliquod determinatum suo consensui præscribit: censetur implicitè tempus aliquod limitatum suo consensui præscribere. Quia nullus est, qui velit per consensum alterius expectare, & quo ad hoc suspensus manere. Hurtad. de matr. d. 3. diff. 6.

8 Diana part. 3. tract. 4. resol. 292.

Quando consensus alterius coniugis fuit minus legitimus, eo quod fuerit fictus, vel metu extortus: satis est, vt ille, qui minus legitime consensit, denuo consentiat, dum alter consensus non reuocauerit. Quia cum consensus alterius validus de se fuerit, iam ex parte huius consensus nihil desideratur, solus autem deest consensus illius, qui fictus aut metu extoritur. Nauar. c. 22. num. 80. Henricus. l. 1. o. c. 3. num. 6. Filluc. tr. 10. n. 84. Diana p. 3. tr. 4. resol. 292.

34 Perfectio in hoc casu necessarium non est, eum, qui iterum est consensurus, consensum fieri nullitatis Matrimonij; sed sufficit, vt qui est consensus inducat ignarū, vt maioris amoris causa renouent consensum, id est dicendo mutuo, Ego te in coniugem accipio; aut in signum consensus se amplexando. Quia huic consensui nil videtur deficere, vt sufficiens sit, cum sit consensus personæ habilis, quo consentit in traditionem corporis. Imò consentire putarim esse, habere copulam affectu maritali, quamvis alter nullitatem ignoret. Quia copula huiusmodi videtur esse sufficiens signum coniugalī consensus. Sed 2. quæstio recurrit. Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 12. quæstio. 2. Sotus in 4. diff. 28. quæ. 1. art. 2. Sanchez lib. 2. d. 32. num. 10.

35 Quando Matrimonium fuit invalidum defectu consensus contrahentis vtriusque, vel ob metum vtriusque incassum: tunc ad validandum id non sufficit, vt consensus internus ab vtroque præstetur; sed requiritur, vt aliquo externo manifestetur signo. Quia Matrimonium invalidum defectu consensus vtriusque contrahentis, de nouo ita est celebrandum, ac si antea celebratum non fuisset. Non est tamē necessarium, vt de nouo coram Parocho & testibus contrahatur. Et quia Parochus testes præsentis iam externo contractui fuere. Et quia in Tridentino sess. 24. c. 1. de refor. vbi irritantur Matrimonia facta absque præsentia Parochi & testium aliorum, clandestina solummodo irritantur, quæ antiquo iure prohibita erant, & ex quibus oriri poterant incommoda, & grauius peccata, maxime eorum, qui clam cum vna contraherent, & eaque relicta, aliud publicum matrimonium inibant, cui malo non poterat Ecclesia mederi, cum ipsi de priori coniugio minimè constaret. At hæc ratio non extenditur ad hunc casum, cum prius Matrimonium invalidum, in foro Ecclesiæ validum ac publicum, fuerit: (eius enim nullitas, & impedimentum occulta sunt) & subinde si aliud coniugium vellent inire, impedirentur ab Ecclesia credenti Matrimonium illud publicum validum fuisse: Ergo Tridentini decretum hunc casum, minimè vnquam comprehendit. Henricus. lib. 1. cap. 3. num. 6. Bonac. de matr. quæstio. 2. pun. 9. num. 3. Nauar. cap. 22. num. 80. Coninch. d. 24. dub. 10. Hurtad. d. 3. diff. 11.

36 Certum tamen est, ad revalidandum Matrimonium publice & plene probabile nullū, quamvis coram Parocho & aliis testibus celebratum, necessarium esse illud iterum coram Parocho & testibus aliis celebrari. Quia prior contractus fuit publice nullus, & posterior, vt pote factus absque præsentia dictorum, non

D4

posse

34 Quando consensus alterius fuit minus legitimus, eo quod fuerit fictus, vel metu extortus: satis est, vt ille, qui minus legitime consensit, denuo consentiat, dum alter consensus non reuocauerit. Quia cum consensus alterius validus de se fuerit, iam ex parte huius consensus nihil desideratur, solus autem deest consensus illius, qui fictus aut metu extoritur. Nauar. c. 22. num. 80. Henricus. l. 1. o. c. 3. num. 6. Filluc. tr. 10. n. 84. Diana p. 3. tr. 4. resol. 292.

35 Necesse non est, eum, qui iterum est consensurus, consensum fieri nullitatis Matrimonij; sed sufficit, vt qui est consensus inducat ignarū, vt maioris amoris causa renouent consensum, id est dicendo mutuo, Ego te in coniugem accipio; aut in signum consensus se amplexando. Quia huic consensui nil videtur deficere, vt sufficiens sit, cum sit consensus personæ habilis, quo consentit in traditionem corporis. Imò consentire putarim esse, habere copulam affectu maritali, quamvis alter nullitatem ignoret. Quia copula huiusmodi videtur esse sufficiens signum coniugalī consensus. Sed 2. quæstio recurrit. Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 12. quæstio. 2. Sotus in 4. diff. 28. quæ. 1. art. 2. Sanchez lib. 2. d. 32. num. 10.

36 Quando Matrimonium fuit invalidum defectu consensus contrahentis vtriusque, vel ob metum vtriusque incassum: tunc ad validandum id non sufficit, vt consensus internus ab vtroque præstetur; sed requiritur, vt aliquo externo manifestetur signo. Quia Matrimonium invalidum defectu consensus vtriusque contrahentis, de nouo ita est celebrandum, ac si antea celebratum non fuisset. Non est tamē necessarium, vt de nouo coram Parocho & testibus contrahatur. Et quia Parochus testes præsentis iam externo contractui fuere. Et quia in Tridentino sess. 24. c. 1. de refor. vbi irritantur Matrimonia facta absque præsentia Parochi & testium aliorum, clandestina solummodo irritantur, quæ antiquo iure prohibita erant, & ex quibus oriri poterant incommoda, & grauius peccata, maxime eorum, qui clam cum vna contraherent, & eaque relicta, aliud publicum matrimonium inibant, cui malo non poterat Ecclesia mederi, cum ipsi de priori coniugio minimè constaret. At hæc ratio non extenditur ad hunc casum, cum prius Matrimonium invalidum, in foro Ecclesiæ validum ac publicum, fuerit: (eius enim nullitas, & impedimentum occulta sunt) & subinde si aliud coniugium vellent inire, impedirentur ab Ecclesia credenti Matrimonium illud publicum validum fuisse: Ergo Tridentini decretum hunc casum, minimè vnquam comprehendit. Henricus. lib. 1. cap. 3. num. 6. Bonac. de matr. quæstio. 2. pun. 9. num. 3. Nauar. cap. 22. num. 80. Coninch. d. 24. dub. 10. Hurtad. d. 3. diff. 11.

37 Ad revalidandum Matrimonium publice & plene probabile nullū, quamvis coram Parocho & aliis testibus celebratum, necessarium esse illud iterum coram Parocho & testibus aliis celebrari. Quia prior contractus fuit publice nullus, & posterior, vt pote factus absque præsentia dictorum, non

posset ab Ecclesia validus iudicari ex defectu probationis requisitæ à Tridentino, faciendæ testimonio Parochi & testium aliorum. Omnes communiter.

38
Validum
est coniugium si subest aliquis error facti, vel iuris, & uterque consentiat, quantum in ipsis est.

Validum est Matrimonium, si subest aliquis errori facti, vel iuris, & uterque consentiat, quantum in ipsis est, si verò contracto aliquo Matrimonio, quod validum ex errore existimetur, denuo in illud consentiatur, non ideo convalidatur; sed tantum ratificatur contractus, qui nullus est. Aragon. 2. 2. quæst. 33. a. 6. c. 3. Navar. cap. 22. num. 47. Cum vero impetrata dispensatione, vel cessante impedimento, de nouo consentiendum est in Matrimonium antea scienter nullum, utriusque consensus requiritur ut externè renouetur. Quando verò ratificandum est Matrimonium inuàlidum ob occultum impedimentum, coniux inscius de priori nullitate, certior fieri debet, celata nullitatis causa, & renouandus consensus. At si scandalum timeretur, vel rescissio Matrimonij cum infamia, satis esset cautè inscijs consensus de nouo exquirere, dissimulata nullitate. Coram Parocho autem tunc renouandus est consensus, quando antea coram ipso Matrimonium contractum esset, vel impedimentum ab aliquo ex assistentibus cognitum fuerit; quamvis in hoc casu dispensationis beneficio posset etiam secretò inter contrahentes tantum renouari. Sanchez l. 2. d. 43. c. 34. Henric. lib. 11. cap. 11. num. 5. Filliuc. tract. 10. cap. 3. quæst. 7. Aragon. 2. 2. quæst. 33. art. 6. capit. 3. Navar. cap. 22. numer. 47. Coninch d. 24. dub. 10. num. 90.

39
Non sufficit taciturnitas ad exprimendum.

Non sufficit taciturnitas ad exprimendum regulariter matrimonialem consensum. Quia taciturnitas non habetur pro expressione consensus. Ius tamen aliquando accipit taciturnitatem pro consensu expressione, ut accidit, quando quis promittit feminae quæ tacet coram patre, vel matre, vel alio curam ipsius gerente; & pater vel mater, vel curam illius gerens pro ea repromittit; tunc enim valide Matrimonium contrahitur, si femina interius consentiat de præsentì. Quando tamen puella tacet, & nullus pro ea respondet, quamvis ipsa interius consentiat, non est validum; neque quando aliquis promittit de præsentì puellæ tacenti, & extraneus pro ipsa respondet, & repromittit. Quia quæ parens, vel tutor agit, censetur agere in gratiam, & fauorem puellæ, cuius curam gerit: & tunc valet regula Iuris, *Qui tacet consentire videtur*: Quando autem extraneus pro tacente respondet, puella non tenetur loqui, nec promissio alterius est illi simpliciter grata: unde taciturnitas pro expressione Consensus non accipitur. Couar. p. 2. cap. 4. num. 4. Navar. cap. 22. num. 58. Sanchez lib. 2. d. 23. Coninch d. 21. dub. 3. Gutier. cap. 13. n. 1. Laym. lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 2. numer. 13. Diana part. 3. tract. 4. resol. 270. 271. & 272.

40
Qua coram bitrio committatur de genere, quænam contenturæ sufficiant, ut certitudinem moralem faciant ficti consensus in Matrimonio: sufficientes tamen hæc debent censeri: Primum, si cum vir protulit verba consensus in continenti reuocat: potest enim præsumi, per errorem

protulisse. Secundò, si vir statim se fictè consensisse aperiat, aliudque Matrimonium inerat, vel transeat ad Religionem, aut ad Sacros Ordines promoueat. Tertiò, si vir, asserens, se fictè consensisse, sit longè disparita ut prudentis arbitrio vix credi possit, eum illam duxisse. Tamen hoc in casu, viro non promotò ad Religionis statum, non est tutum femina ad alias transire nuptias, cum passim suppetant exempla virorum, qui exco amore capti, nuptias valde impares celebrant. Quartò, etsi ea disparitas non inueniatur, fictus tamen consensus detegitur à viro, si id iuramento confirmet, & probabile sit, eam non peiorare, & simul aliam ducat uxorem, vel Religionem proficiat, vel Ordinem Sacrum assumat. Quintò, si puella neget, verum consensum se præstitisse, verisimilibus coniecturis metum patris comprobans, estque honestæ vitæ, & alij nubit. Sanchez l. 2. d. 43. n. 5. & 6. Navar. c. 21. numer. 76. Sylvest. verb. Matrimonium 4. q. 9. dicto 3. Victor. numer. 249. Sotus in 4. diff. 27. quæst. 1. art. 3.

CAPVT IV.

De Matrimonio clandestino.

Matrimonium clandestinum dicitur, quod clam fit: quod duobus modis potest contingere. Primum, quando fit sine Parocho & testibus. Secundò quando celebratur denunciationibus omis. Quando autem reliquæ solemnitates prætereuntur, non clandestinum sed minus solemne appellatur. Filliuc. tra. 10. cap. 5. quæst. 1. Henric. lib. 11. cap. 5. num. 1. Rodrig. tom. 1. cap. 117. num. 1.

Matrimonium sine Parocho, & duobus vel tribus testibus, est inualidum, quamvis autè Tridentinum validum fuerit: unde copula animo maritali habita, absente Parocho & testibus, modo non sufficit ad Matrimonium, licet alias fuerit sufficiens. Trident. sess. 24. cap. 1. Et id contrahentes sine Parocho & testibus, peccant mortaliter. Quia faciunt irritum Matrimonium, & Sacramentum, & contra Ecclesiæ prohibitionem in re graui. Ex Declaratione autem Cardinalium Matrimonium non est clandestinum, & inualidum, quod domi celebratur, modo præsentibus sint Parochus, & testes. Rebellus part. 1. l. 1. quæst. 7. n. 11. Coninch d. 27. dub. 1.

Matrimonium clandestinum semper fuit illicitum. Patet ex Tridentino sess. 24. ubi habetur, Ecclesiæ semper illud fuisse detestatum ac prohibuisse. Idem constat ex Cap. Nolumus 30. q. 8. & Cap. Cum inibi de clandest. despons. Unde Matrimonium sine Parocho & testibus alijs incutes, delinquebant contra Matrimonij bona & contra Ecclesiæ præceptum: quod cum esset de materia graui, eius transgressio mortalis erat ob grauissima incòmoda ex illo prouenientia. Tamen concurrentibus grauissimis causis, poterat licitè fieri de quibus lege Navarum capit. 36. numer. 37. Sotum